

## Band VIII., Nr. 2774, Seite 98-99

*Abt Konrad und Konvent von Herrenalb beurkunden die friedliche Beilegung des Streits zwischen ihnen und ihren Leuten zu Dietenhusen einer- und den Brüdern Rittern Bertold, Konrad und Sweneger von Remchingen andererseits, insbesondere wegen der beiderseitigen Rechte an dem genannten Orte, und die Stiftung eines Jahrtags für die Mutter dieser Brüder.*

Ohne Ortsangabe, 1278. März 12.

Pateat universis hanc litteram intuentibus, quod nos frater C[onradus] dictus abbas totusque monachorum conventus in Alba Cisterciensis ordinis Spirensis dyocesis tenore presentium publice profiteamur, quod lis aliquamdiu et discordia vertebatur inter nos et colonos nostros in Dietenhusen ex parte una et Bertoldum Cūnradum et Swenegerum fratres milites de Remechingen ex altera pro eo, quod ipsi milites a bonis nostris Dietenhusen, que ab antiquo libere possedimus, et a nostris colonis ibidem extorquebant servitia indebita et iniusta et nichilominus in silvis pascuis almendis et quibusdam communitatibus et utilitatibus per totam marchiam Nettingen nos et nostros colonos predictos impediabant et inquietabant, cum tamen hiis omnibus uti licite ac libere deberemus. Nos vero ipsos milites impetere decrevimus super villis Urbach et Muschelnbach fundatis super novali silve quondam a patre ipsorum eradicate, quam silvam ad bona nostra videlicet Dietenhusen predicta diximus pertinere. Lis autem predicta mediantibus viris honestis amicabiliter est decisa sub hac forma, quod nos pro omni impetitione, quam habebant in bona nostra predicta, ipsis militibus remisimus sexaginta libras Hallensium, in quibus nobis tenebantur, hoc adiecto, quod quicquid temeritatis sive frevel infra septa sive eter predictorum bonorum contigerit, per omnia nobis cedet, quicquid vero extra septa in agris tamen nostris aut pratis seu etiam bonis aliis fuerit perpetratum a personis claustro sive Dietenhusen attinentibus, nostra etiam erit totaliter satisfactio et emenda, si quid autem extra septa predicta ab extraneis fuerit commissum, ad predictos milites tantummodo pertinebit. Insuper anniversarium domine Adelheidis matris eorum peragemus singulis annis in crastino sancti Bernardi sollempniter in conventu cum albo pane maiore mensura melioris vini conventus et piscibus<sup>1</sup>, qui cum una libra Hallensium poterunt comparari. Et ut omnis discordie materia precludatur, presentibus profiteamur, quod in sepredictis bonis Dietenhusen non plures

<sup>1</sup>Von *melioris* bis *piscibus* steht alles auf Rasur.

## II

quam X locabimus villicos sive colonos cum curiis et domiciliis eorundem, nisi ex premissorum militum voluntate processerit et consensu. In quorum omnium robur et evidentiam presentem litteram sigillis domini Sy[monis] comitis Gemini Pontis et de Ebersten et nostro prelibatis militibus tradidimus communitam.

Datum anno domini MCCLXX octavo, Gregorii pape.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An weißleinenen Litzen die bekannten Siegel des Grafen Simon von Zweibrücken und des Abts von Herrenalb.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 489 K U 166

**Überlieferung und Textkritik:**

War ehemals im GLA Karlsruhe.

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 31, S. 247 (mit dem unrichtigen Datum: November 28).

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Auerbach Wohnplatz (5496)

Auerbach, Karlsbad, KA

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)

Bad Herrenalb, CW

Dietenhausen Wohnplatz (7123)

Dietenhausen, Keltern, PF

Mutschelbach Wohnplatz (5504)

Mutschelbach, Karlsbad, KA

Nöttingen Wohnplatz (7139)

Nöttingen, Remchingen, PF

#### IV

Remchingen Wüstung (25960)

Remchingen, PF, W

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD

Speyer, SP

Zweibrücken, ZW